

Baebianorum memoriam servarunt praeterea tituli IX 4466 et is quem dedi supra N. 3806, Cornelianorum t. Allifanus infra N. 6542. — 5) Imperator Traianus singulis civitatibus Italiae pecunias adtribuit, ex quarum reditu pauperum filiis alimenta quotannis praebentur. Ita autem ea res instituta est, ut pecuniae illae possessoribus feneratori darentur, possessores fundos suos civitati obligarent (et quidem fundos longe maioris pretii quam erat pecunia accepta, cf. not. 40), tam pro sorte quam pro usuris quam quotannis (vel bis per annum, cf. not. 45) rei publicae penderent. Cf. Henzen ann. inst. arch. 1844 p. 12 seq. — 6) Adfinibus. — 7) Populo. — 8) Aestimati. — 9) Fiunt. — 10) Scilicet in praedia sestertium centum viginti quinque milibus aestimata, octo tantum milia accepit. Tam apud Ligures Baebianos quam Veleiae (infra N. 6675, not. 16) raro decimam partem eius summae accipiebant possessores, in quam fundi ab iis obligati aestimati erant, plerumque minorem. Similiter Plinius pro pecunia, 'quam in alimenta ingenuorum ingenuarumque (Comi) promiserat, agrum' ex suis longe pluris actori publico (Comensium) mancipavit (Plin. ep. 7, 48). — 11) Numerat (?) (sic explicavit Mommsen ann. inst. 1844 p. 69). — 12) Cf. supra N. 3865. 6500. — 13) Ita significari putat Mommsen C. I. L. IX p. 428 partem territorii Beneventani aliquando Ligurum Baebianorum. — 14) Adfine. — 15) In fundum aestimatum sestert. 50000 Crispia Restituta acceperat 5520 tantum, pro quibus usuras pendere debebat sest. 88, id est usuras sextantarias semunciarias (2½%). Usuras has semestres fuisse, ut annuae fuerint quincunces (ut in obligatione Veleiae infra N. 6675) coniecit Mommsen (probat Billeter Gesch. des Zinsfusses p. 491). — 16) Cf. not. 15. — 17) Idem ut videtur qui supra N. 1032. 2001. Is in Samnio possidebat (cf. N. 1032 not.). — 18) Ex maioribus agris cui positus est titulus Beneventanus N. 1343. Ex ditissimis possessoribus agri Beneventani fuisse hunc Marcium Rufinum apparet. Cf. Mommsen Herm. 19, 1884 p. 401. — 19) Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 509. — 20) His verbis, quae etiam aliis duobus locis huius tabulae inveniuntur, videtur indicari, novem imperatoris largitiones praediorumque obligationes huic decimae praecessisse (Henzen ann. inst. 1844 p. 44—45).

6510 C. Minucius C. f. Fal. Thermus pr., Ævir | bis, aquae curator, q. Æ, quinq., sibi et | C. Minucio Q. f. Fal. patri, | Pont[?]ae P. f. matri, | Decimiae Maximae uxori, | Minuciae Vicanae lib.

Telesiae (IX 2234 vidit Mommsen).

Alios titulos Telesinos dedi N. 4164. 3372. 3706. 5060. 5528. 5507. 5595. 5690. 5917. 5987.

6511 Epitynchanó | Telesinorum | ser. ark., | Adiutor | vicar.

Telesiae (IX 2244 vidit Mommsen).

6512 Sex. Minio Se[x. f.] | Ter. Silvano | aed., Ævir. II quin-
[quenn.], | patr. colon. Allif[anor.], | quaest. sac. p. alim.¹, quaest. [p. p.]², |
defens. r. p.³, praep. p. frum.⁴, i[tem] | curat. civitat. Atinatium, | item
curat. Ligurum Cor[nelianorum]⁵, | contubernium Veneris⁶ | patrono ob
merita eius. | L. d. d. d.

Allifis (IX 2354 vidit Mommsen). — 1) Quaestori sacrae pecuniae alimentariae. Idem qui alibi dicitur quaestor alimentorum, in t. Faleriensi infra N. 6587 quaestor alimentorum Caesaris. Cf. Henzen ann. inst. arch. 1844 p. 16. — 2) Quaestori pecuniae publicae — 3) Defensori rei publicae. — 4) Praeposito pecuniae frumentariae. — 5) Cf. ad N. 6509 not. 4. — 6) Contubernium Marti cultorum in t. Augustano III 5790.